aliena.feu.columna tertia.& in.l.placet.C.de ſacroſanctis eccleſi.vbi & Iaſon.columna quarta.eo quia iſta reſolutio ineſt ex natura contractus.& idem tenet Abb.in dicto capitu.potuit licet ibi Io.Andr. teneat contrarium & Specul.reliquit hanc quæſtionem ſub dubio referens contrarias opiniones in titu.de reſtitutio.in integr.§.quis autem.columna octaua,poterit tamẽ iſto caſu eccleſia petere reſtitutionem in integrum, ſicut poſſet minor, vt tradit Specul.titu.de locato. §. nunc aliqua.verſic. 14. &.15.& vi. Barto. in.l. 2. C. ſi aduerſ. vendi. pigno. & per Iaſo.in dicta lege ſecunda.q.1. C. de iure emphyteo.columna vndecima.& quid ſi eccleſia ſucceſsit priuato vide Bald.in dicta lege ſecunda.in ſecunda lectura.colum. fina.C.de iure emphyteo.vbi concludit quòd licet annus vnus ſit elapſus cum priuato illo,qui conceſſerit emphyteoſim,adhuc requiritur,quòd curra biennium cum eccleſia quæ ſucceſsit priuato:quia ex quo eccleſia vtitur adminiculo defuncti,debet vti iure illius vide etiam de iſta quæſtione Salyce.in dicta lege ſecunda.pen. q.& per Iaſo.q.13.colum.42.totius tractatus.

pro quo vide Ludouicũ Roma.conſilio.103.viſo propoſitæ quæſtionis &c.facit.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio.& quia purgatio morę non admittitur,niſi re integra argumen. legis fin.C.de repu.hæredi.& capitu.ſi tibi abſenti.de præben.lib.6.tradit Iaſon.in dicta lege ſi inſulam.col.4.

que lo non dieſſe,o por tres años,[a] ſi fuesſe de ome lego,que non fueſſe de orden,que dende en adelante,los Señores della,ſin mandado del juez,[b] la pueden tomar.Pero ſi deſpues deſtos plazos,ſobre dichos,quiſieſſen pagar la renta por ſi ſin pleyto ninguno,faſta diez dias,[c] deue la reſcebir[d] el Señor de la coſa: e eſtonce,non gela deue tomar.[e]E ſi a ninguno deſtos plazos,non pagaſſe la renta:eſtonce,[f] puede le tomar la coſa [g] el Señor,maguer non le pidieſſe el cenſo, el por ſi,nin otri por el. Ca entiende ſe, que el dia del plazo,[h] a que deue pagar la renta,lo demanda por el Señor e apla za al otro que la pague.

¶*Ley.XXIX.Como aquel que tiene la coſa a cẽſo ſi la ouiere a enagenar que la deue vender al Señor ante que a otro queriẽdo dar tanto precio por ella como da otro ome.*

DEnagenar, e vender puede la coſa, aquel que la reſcibio a cenſo.[i] Pero ante

a ¶*Tres años.* Adde .l.ſecundã.C. de iure emphyteo.& procedit etiam ſi canon emphyteoticus debeatur fiſco qui conceſſerat in emphyteoſim,vt vult glo.in.l.ſi tutores.C.de adminiſt.tuto.licet Saly.ibi dicat in emphyteota fiſci ſufficere biennium cuius fundamentum tollitur ex his quæ dixi.S.eo.l.19.in glo.magna.

b ¶*Sin mandado del juez.* approbat opinionem glo. in lege ſecunda. C.eod.& in capitu.potuit.de loca.& fuit opinio.Azo.C.eodem.in ſumma.& eſt communis opinio.non ergo requiritur quòd præcedat ſententia declaratoria,ſecundum Hoſtien.& Anto.in dicto capitu.potuit vbi Anto.dicit hanc eſſe communem opinio.& tenet Bald.in additio.ad Specula.titu.de locato.§.nunc aliqua.columna ſexta.& Alexand.conſilio.6. volumine.3.colum.pe.decius conſilio. 146.in ſecundo dubio.¶Limita tamen,niſi emphyteota de facto reſiſteret,ſecundum Bart.& Ange.in dicta lege ſecunda.limita etiam, niſi dominus pro expellendo adiuit iudicem,non proteſtans:vt ſibi maneret ſaluum ius expellendi,iuxta notata per Bald.in lege ſecunda verſicu.decimo quæro.C.de ſeruitu.vide latè Iaſo.in.d.l.2. columna.67.& decium in dicto conſilio.& ad id quod dixi,niſi emphyteota reſiſteret de facto,vide Iaſo.in dicta lege ſecunda.colum. 61.totius tractatus cum duabus ſequenti.vbi tenet contrarium:& refert alios vide ibi.Limita etiam niſi emphyteota negaret ſe non ſoluiſſe,ſeu diceret tempus ſolutionis nondum elapſum:nam tunc, quia per negationem res efficitur dubia,non liceret domino expellere propria autoritate, ſecundum Specula. titu.de locato.§.nunc aliqua.verſicu.48.ſed Ioan.de Imol.in dicto capitu.potuit.colum. 12.voluit contrarium:quia ſi hoc eſſet verum,de facili poſſet eludere diſpoſitionem illius legis.& negando impedire hoc remedium: ſed licet hoc ſit inconueniens,tutius eſt practicare ſententiam Specula.quam etiam tenet Bald.in dicta lege ſecunda.& in.§.ad hæc colum.fina.de pace iura.fir.& videtur de mente decij.in dicto conſilio.146. dubio ſecundo.

c ¶*Diez dias.* Approbat vnam ex opinionibus gloſ.in dicto capitulo potuit.de locato.vbi glo.& communiter docto.non iſtam ſed aliam tenent & concludunt,quòd relinqueretur arbitrio iudicis.& tradit Iaſon.in dicta lege ſecunda quæſtione.30.tene menti iſtam.l.in iſta taxatione temporis.& nota quòd etiam ſi dominus ante iſtos.10. dies declarauerit tacitè vel expreſsè ſe velle expellere emphyteotam,adhuc admitteretur purgatio moræ,vt ſatis colligitur,& probatur ex iſta.l.licet Alexand.in.l.ſi inſulam.ff.de verborum obligatio.voluit contrarium,& etiam Barto.Cepol. cautel.135. incipit tu ſcis quòd emphyteota,& tradit Iaſon.in dicta lege ſecunda.q. 29.vbi ipſe tenet contra eos.Sed quid ſi elapſo biennio,vel triennio dominus ante hos decem dies conceſsiſſet alteri rem iſtam in emphyteoſim,vel aliter eam in alterum alienauerit:an etiam tunc poterit moram purgare:videtur quòd non ex quo res non eſt integra præſertim,ſi dominus iam eſſet alteri obligatus de euictione,

d ¶*Deue la reſcebir.* Non ergo procedit qđ dicit Bald.in lege ſecunda. colum.ſecunda. in.2.lectu. C.de iure emphyteo.in intellectu quem dat ad capitulum potuit de locato.

e ¶*No gela deue tomar.* iſta.l. vult quòd etiam emphyteota priuati poteſt moram purgare infra decem dies.Tene menti,quia de iure communi magis communis opin.erat in contrarium,vt tradit Iaſo.in.d.l.2.q. 29.vbi late & Alexan.conſi.106.colum.3.volu.2.

Tene menti

f ¶*Eſtonce.* Non ergo poterit antea,& ſi velit,vt dixi in glo.præcedenti:non enim executio fit à lege,niſi iſtis terminis tranſactis,vt hic habetur.& ſic reſpondetur ad notata per docto.vbi.S.quòd vbi eſt declarata voluntas domini cum executio fiat à lege,non admittitur purgatio moræ.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obliga.l.ſi is cui.vbi Bart.ff.de lega.2.& in iſta.l.ſi inſulam.ff.de verbo.obli.

g ¶*La coſa.* Cum melioramentis, vt in.l.2.C.de iure emphy.vbi vi.per Iaſo.7.notabili.& ad de Bal.in.c.ſi vaſallus.hic finitur lex in vſi.feu. de quibus tamen melioramentis hoc intelligatur vi. Carolum molendi.in ſuo commento conſuetu.pariſien.tit.1.§.1.in glo.quinta fol. 8.col.3.verſicu.obiter cuius reſolutio eſt vt illa melioramenta amittat quę concernunt ſolitam meliorationem prędij ad quę expreſſe vel tacite ex cõtractu tenebat:ſecus ſi nudã formã meliorationis excedũt ad q̃ ex natura &.l.cõtractus nõ tenebat,vt ſi nouas mãſiones vrbanas vel ruſticas vel aliud magni ſumptus addiderit rei.

h ¶*Quel dia del plazo.* idem habetur in.d.l.2.& in.c.potuit.vide quæ dicam.in.l.8.titu.14.j.eadem partita.

¶*Lex. XXIX.*

Poteſt emphyteota prius domino requiſito eiq; nunciato quãtum ab alio pro re ſibi offertur rem alij vendere:ſed ſi dominus voluerit habebit eam pro illo pretio infra duos menſes:& tenetur dominus ſi eam non vult pro eodem pretio habere infra id tempus, nouo emptori nouam cartam facere:& habebit pro laudemio partem pretij quinquageſimam vel æſtimationem ſi alio modo quam per venditionem fuerit alienata:& emphyteota poteſt eam ſine domini licentia pignori obligare:ſed ſi eã alienet vel pignoret homini à quo ita leuiter cenſum dominus habere non poſsit:ſicut ordini vel homini potentiori perdet ius quod habebat in ea.h.d.

i ¶*Reſcibe a cenſo.* aduerte quia ex hoc verbo videtur,quòd diſpoſitio huius.l.habeat locum etiam in cenſuario,vt ſi alienet rem cenſualem domino irrequiſito,cadat à iure ſuo.& hanc ſententiam tenet Ange.de Aret.in.§.adeo.in fin.inſti.de locatione.allegat Barto.in.l. prima.§.penulti.ff.de ſuperficiebus.tu dic contrarium,quia ex quo in cenſuarium fuit tranſlatum omne ius domini.& ſic omne dominium iuxta notata.in capitu.conſtitutus. de religio. domi. per gloſ.& docto.poteſt libere rem alienare:quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbitror.l.in re mandata.C.manda.l.ſed & ſi lege.§. conſuluit.ff.de petit.hæredi.& quia ſicut in contractu cenſuali quis non priuatur iure ſuo:non ſoluendo.vt notatur in dicto capitulo. conſtitutus.ſic neq; alienando,quia iſta duo ęquiparantur,vt patet in capitu.potuit.de locato.tradit Alexan.conſil.106.viſo themate libro.4.& ita tenet decius conſi.164.non fuiſſet &c.colum.tertia. dicens Ange.de Aret.non bene in hoc dixiſſe.& quòd Bart.quem ipſe allegat loquitur in ſuperficiario in quem tantum tranſit vtile dominium non in cenſuario & idem tenet Soci. quem decius non allegat conſi.208.viſis actis & actitatis &c.columna quarta.volumine ſecundo.dicens hoc ſenſiſſe Imol. in capitu.ad audientiam col. ſecunda.de reb.eccleſi.non alie.& ad iſtam.l.die quòd loquitur in contractu emphyteotico iuxta.l.præcedentem,ſeu quando cenſus ſolueretur in recognitionem dominij,penes alium exiſtentis iuxta ea quæ notat Bald.in titu.de pace conſtantiæ.in verbo perſoluere

(c) 2010 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación